



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Caroli Scribani[i] Amor Divinvs

Scribanius, Carolus

Mogvntiæ, 1616

Cap. X. Eructatio animæ amore ebriæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46242)

acies, & quidquid terrorum profu-
dit orbis, cæli, inferiq;: plumea sunt,
& arundine mapalia rustica manu
texta, cùm in amantem inciderint.
Nihil hic Herculeæ manus quacũq;
cl:ua aut cæstu armatae, nihil prodi-
giosum gigantum robur, cùm in a-
mantem incurrerit. Goliades omnes
cadent hac amoris funda, hoc filice
ab amoris torrentibus nato. Im, I. ô
amor amore hoc tuo pectus. Nã qd
metuam lorica hac indutus, clypeo
tectus, armis cinctus, propugnaculo
vallatus? nõ si quidquid vsquam ex-
tra te validum fuit eritq;. Annue ô
amor æternùm meus, vt & ego æter-
nùm sim tuus, donatione, vendica-
tione, amore tuus, æternùm tuus.

C A P. X.

Eructatio animæ amore ebriæ.

Calix tuus inebrians quàm præclarus Ps. 22.
Est amor me⁹! dulcis super mel &
fauum. Dulce vinum! dulces epulæ!

Bb 2 animæ

animæ delitium meæ! quid Târ alico
 amantem fraudas hiatu? quid offen-
 tas, nec fatias? & q̄ gloria est fallere a-
 mantem? sitio. quousq; nō leuas mi-
 seram sitim? quousque non recludis
 cellas promas? nouer calia claustra, q̄
 tot clauib. recondūt amoris vinum!
 quis referabit? tu solus potes Amor
 meus, tu solus restinguere hęc sitim.
 vereris fortè, ne, si referes claustra,
 totis faucib. hauriam nociturum vi-
 num? nulla hic venena sunt, nullus li-
 quor noxius. sed & quò plus hausero,
 felicior ero. èt ebrietas hic amata. fe-
 lix, si non dimittit amārem sobrium.
 apage hinc improba sobrietas. malè
 sit tibi cum ista maturitate, cum ista
 seculi prudentia. Quid mihi laudas
 temperantiam? sacrilega mihi in hoc
 potu omnis moderatio est. odi hanc
 & te, procul ab amoris penu.

Cara tu tantùm ante oēs ebrietas,
 ne deserat amantem. dulce amoris vi-
 num, grata vasa, amica penuaria tam

vinèi

vinei neētatis reconditoria. An non
 vbera magis grata? verū vasa hęc &
 penuaria quid sunt aliud, q̄ lactei vi-
 ni vbera distenta, quæ a terno fluxu
 beant amantē? quid sunt aliud quàm
 cellæ promæ ambrosii liquoris secū-
 da ebrietate potatorem suum exhi-
 larantes? dulce gaudium, dulce ebrii
 pectoris iubilum. Perennet tantūm
 hæc ebrietas, æterno damnata exilio
 infœcūda sobrietate: inimica hæc a-
 mori est, inuidia & odio grauida.
 procul ergo in vltimas terras, in Gel-
 boë montes regio steriles maledicto
 procul ab arentib. amantis faucibus:
 intercludit n. spiritū si accesserit pro-
 pius nouercali sua & auara parcimo-
 nia. Nolo hanc amor meus, nolo
 mors n. mihi in hac temperatiæ olla,
 mors mihi est. vinum volo, & vinum
 tuum germinans virgines. Reliqua
 namq; mihi vina, toxica sunt, nō vi-
 na. tua volo. nec alia. illa q̄ propinasti
 insipientibus, cū exclamares in in-

sipientia tua, cum tamquam potens
 crapulat⁹ à vino eructares ebria hæc
 verba sapientiæ musto plena. *Inspi-*
entibus locutus sum, venite, comedite
 panem meum, & bibite vinum quod
 miscui vobis. ecce me. negas prudē-
 tibus panem, negas vinum tuum? ha-
 bes hic ex insipientibus vnum. quid
 retrahis pocillarem manum? ego ille
 sum insipientium insipientissimus. cui
 ex voto meo nec mica inhæret salis
 aut si quid inhæreat prudentiæ secu-
 li, detestor hoc momento, & renun-
 cio; sed & ab dico me terra cæloq; te-
 stibus, exuoq; omni hac possessione
 improbæ sapientiæ.

Quid ergo reliquum, nisi vt pascar
 pane tuo, inebrier vino tuo: sed vino
 quod manibus tuis miscuisti amor meus.
 longè ab hac missione prudentiæ ma-
 nus. odi enim missionem, seculi sa-
 pientiæ temperatam; amo insipien-
 tiæ missionem, stultitiæ seculi tempe-
 ratam. hanc mihi largire amor meus.

vt nihil mihi iam sapiat extra insipientiæ tuæ vnum; nihil ambiam, sed & nihil deructem, nihil deuomam aliud. Rideant seculi prudentes. satis mihi numerari inter insipientes tuos, quibus panem dedisti, miscuisti vina. beata mistio. beator potatio. beatissima ebrietas insipientiæ huius musto grauida. Perennet hæc mihi mistio in æterna potatione, vt dies iam nulla, nox nulla vacua sit ab hac mistione, potatione, semperq; inebrier hoc vino manib. tuis temperato. Nam, si rectè memini, tu in hoc vino natus amor meus. felix anima q̄ potas hoc vino! sed vbi ludis in hoc vino amor me⁹ in lumō, medio, an in infirō poculi? scio qd faciã, ne effugas hæc bibula amãtis labra, exhaustã funditus totũ. ac nec guttã transibo imbibitã, ne fors fallas amantem. misce amor, misce, & eternũ nece vt reddã ex aduerso voces, bibo amor, bibo & eternũ bibo. in insipientia

584. CAROLI SCRIBANI

dico, misce insipientiæ manib. vt bibam insipientib. labris; sed seculo insipientibus, sapientibus tibi. Annue hoc amor, & æternùm misce, vt æternùm bibam, inebrier æternùm hoc secularis insipientiæ vino, celestis prudentiæ vino, vino tuo amor meus. Nam quò hæ voces tuæ, comedite amici & bibite, & inebriamini carissimi, si vinum negas? sin ex vero puocas. ecce ego dilectæ votorum meorum, ecce ego; da mihi poculũ ex vino condito, & mustũ malorum granatorum tuorum. da mihi fauũ cum melle tuo, vt bibã vinum cum lacte, myrrhatum vinum, quod miscuisti cum aromatibus tuis: nam & manus tuæ distillauerunt myrrham. & digiti tui pleni myrrha pbatissima. da mihi hoc vinum, amor meus, vt inebrier ab eo, & replear vt phiala vino distenta. sed replear ab vberibus tuis. ab his enim inebriari volo, & in iis delectari iugiter: tu hoc potes, & potes solus amor.

amor meus; & incbriare me ab vber-
tate vberum tuorum; & torrente vo-
luptatis tue potare sitientem hanc a-
nimam. Largire hoc amor meus, &
largire æternum.

CAP. XI.

Ablactatio amantis animæ.

Quis mea absynthio liniuit vbe-
ra ne æternum lacter? inimica
manus? nihil agis. fortiùs etiam im-
primã hæc labra. an terrere putas? ne
felle quidem, non pugnis, fustibus,
fanguine. apage Medæa manus. non
sunt hi nutritii digiti, sunt perimen-
tes. & tamen quò amarum hoc leni-
men? mea sunt hæc vbera, mea sunt. q̄
manus æmula hostili tinxit liquore?
nequidquã terres quisquis es. Amor
tinxit? nunquam amor felleus est, si
amor est: aut si est, amor non est. mel-
leus n. amor meus est, vineus est, la-
cteus est. Sed crescit etas, eunt anni, q̄
ablactationẽ suadent. cum es par-
uulus, dabantur vbera. nunc vir es.
turpe virum ludere in vberib⁹. puer

Bb 5 ego